



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 39. Ejusdem Imperatoris capitulatio circa Religionem Catholicam, ac
Sedem Apostolicam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII. *Spiritus* & demum sacrum solenne de
A. C. 1742. cantatum est, quo absoluto & præstito
 pro more juramento S. R. I. Electores re-
 cante tum Bohemi Electoris voto, unani-
 nimi suffragio Carolum Albertum Ba-
 varicæ Electorem in Romanorum Re-
 gem, & futurum Imperatorem re-
 tularunt; quo facto Elector Moguntinus
 in conclavi & Moguntinus Decanus
 præfata Ecclesia faustissimum hoc ve-
 men proclamarunt, resonantibus
 que communis gaudii & gratulationis
 publicæ instrumentis. Absens tum erat
 Augustissimus Princeps Elector, ab
 Manhemii subsistens: hinc eius nomine
 S. R. Imperii Comites Königsfeldius &
 Seinsheimius in Capitulationis articu-
 los jurarunt, quos dein ipse Romanorum
 Rex die trigesima Januarii Francie
 diam delatus, præstita juramenti
 religione ratos habuit.

§. XXXIX.

*Ejusdem Imperatoris capitulatio
 Religionem Catholicam, ac Sa-
 dem Apostolicam.*

Pro veteri more jam ante solemnem
 manorum Regis electionem a Imperii
 commissionem eidem ab Electoribus
 præscribitur capitulatio, id est, certa
 ticuli, ac conditiones Imperii admini-
 strandi.

Sæc. XVIII.
A. C. 1742.

strandis normam continentes, quas Imperator acceptat, easque se servaturum, jurata fide pollicetur: cum autem publicam Imperii salutem sine Religionis Catholicæ, Ecclesiæ, ejusque supremi Capitis incolumitate conservari haud posse, ante Lutheri tempora omnibus Imperii Principibus persuasissimum foret, hinc cunctis per Electorum suffragia designatis Imperatoribus præscribere, ut præ ceteris articulis jurarent, se Christianam Rempublicam, summum Pontificem, & Christi Ecclesiam (utique eam, quæ summum Pontificem pro suo Capite agnoscit) propugnaturum ac defensurum. Ita jam in Caroli V. Ferdinandi I. & Successorum capitulationibus, quæ solæ publici juris factæ hodie existant, disertis verbis legitur. Ea de causa Carolus VII. pariter in primo Capitulationis suæ articulo jurato declaravit, quod toto tempore Regiæ suæ dignitatis, officii ac regiminis rem Christianam, Romanam Sedem, & sanctissimum Patrem & Papam necnon Christianam Ecclesiam utpote illius Advocatus, in firmo & fideli patrocinio ac tutela conservare teneatur, & velit. Pariter articulo VIII. pollicebatur, quod nec imperii Cuius, nec cuiuscunque alteri concessurus sit, ut Imperii Status in suis Territoriis quoad religionis, politicæ & justitiam,

Sæc. XVIII. *justitiæ res sub quocunque protectu*
A.C. 1742. *tra Imperii leges, pacis conclusa aut legi-*
time & obligatorie erecta pacia turbare
vel quicquam attentare valeant.

Ægris jam dudum oculis Protestan-
 tes aspexerant, Advocatiam, Protec-
 tionem ac defensionem summo Pon-
 tifici, Ecclesiæ Catholicæ Sedique Ro-
 manæ ab Imperatoribus jurata spem
 ne afferri, ergo importunis precibus
 stant, urgent, & tandem a Maximiliano
 no II. ejusque Successoribus extorquerent
 ut quoad ea, quæ in articulo I. Advocatiam
 Romanæ Sedis, & summi Pontificis
 Advocatiam & protectionem promissam
 contra Protestantes Electores, Principes
 pes, Status ac Equites se obstrictos esse
 esse declararent, nec præfata Advocatiam
 tia, in quantum religiosæ ac pacis
 necnon Monasteriensi & Osnabrugensi
 paci derogaret, uterentur, sed ita
 exercerent, ut ea ipsis & reliquis
 suæ aſſectis non minus quam Romanæ
 Ecclesiæ Catholicis pari jure præfata
 Hoc igitur Protestantium referentibus
 ipse etiam Carolus VII. suæ capitulationi
 tioni inserere ac tolerare cogebatur, ut
 tamen, ut hanc Advocatiam ipsis
 quam cum præjudicio Ecclesiæ ac religio-
 gionis Catholicæ, summique Pontificis
 impendi posse, intelligeret, mox etiam

§. II. pollicitus est Imperator Carolus VII., quod in caussis Religionis processus fieri nolit, sed eas juxta fundamentales Imperii leges decidi, & a regiminis sui auspiciis proposita & nondum sublata religionis gravamina tollere velit, idem vero *Et Catholicæ religioni addidit pollicetur.* Id etiam luculenter patet exconsecrationis ritibus & interrogationibus (ni eas omnino inanes, frivolas & ridiculas dixeris) quæ a tempore hominum memoriam ferme excedente aliis semper Imperatoribus fuerunt & sunt ad ad hanc usque diem propositæ, scilicet, *utrum sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam conservare & defendere ejusque Ministros protegere velit? Et an sanctissimo in Christo Patri ac Domino Romano Pontifici, & S. Romanæ Ecclesiæ decenter obtemperare velit?* ad quas interrogationes Imperator Catholicus (quod utique A catholicus serio non faceret) respondet: *Volo.* Ceterum quid Carolus VII. circa novas editiones librorum symbolicorum, Confessionis Augustanæ &c. pollicitus sit, jam supra retulimus.

Sæc. XVIII.

A. C. 1742.

Vid. T. 75.

p. 693.

§. XL.

Caroli Alberti Imperatoris filiales litteræ ad Benedictum XIV.

Papam.

Per